

6. Quod hic fuit pressum cruce,  
Gaudebit illic æthere,  
Fruens salutis commodò,  
Plus solè clarum splendidò.

7. Nunc deserentes conditum  
Petemus exciti domum,  
Nos preparamus, lurida  
Mortis petunt nos spicula.

8. Det Christus hoc solatium,  
Qui per cruorem nos suum  
Solvit gehennâ, Damone,  
Cui laus sit omni tempore.

Alia Joh. Hechtii.

**H**Oc corpus altò cespite  
Tegamus, usi carmine:  
Resurget in novissimò  
De monte felix busteò!

2. Est terra: Terra prodiit:  
In hancqve terram corrui,  
Sed ecce! terræ carcere  
Ad verba surget: Surgite.

3. Quid mens? Jehova coelicis  
Solatur istam gaudiis:  
Qui forde foedam criminum  
Salvavit hic per Filium,

4. Crux, cura, morbi, tormina,  
Quæ pertulit, sunt condita,  
Qui fata Christi pertulit,  
Superstes est, cum concidit.

5. Mens vivit extra carceres:  
Foventqve corpus cespites.  
Dum fine rerum candidum  
Rex ponet arce siderum,

6. Hic